UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqva Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam, Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De altera in rure Danubij Ecclesia B. Qvirini, quæ cum possessione, ad quam pertinet, ab Arnaldo quondam Duce, in beneficium data fuit. Ode Monocolos Pindaricum continuum, duobus Dactylis, duobus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-64144

Visual Library

Fertur diriguiſſe,
Æruo merſus & ipſe.

De altera in rure Danubij Eccleſia B. QVIRINI, quæ cum poſſeſſione, ad quam pertinet, ab Arnaldo quondam Duce, in beneficium data fuit.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

Metrum Pindaricum continuum, duobus Dactylis, duobus Trochæis conſtans.

D*Anubius fluuijs datus rex,*
Fert ratibus decies duces ſex,
Septifidusq́; Thetin coronat:
Illius in gremio QVIRINVS,
Seuit agros prius obſequentes;
Fagus habet locus is notamen:
Eccleſias ſpolians tyrannus,
Hæc tulerat bona, dans habenda
**Imbripolis Comiti potenter;* *Ratisbon.
Quæ nouiter Comes vrbis eius
Vt properi dedit arua iuris,* *proprij.
Rus placitum ſibi cambiendo;
Hinc vetus hîc ager eſt receptus
In tua iura ſacer GEORGI
Cœnobio tibi dedicato.
Eccleſiam prior hoc patronus
Rure piam miſeris habebat,
Ac populo celebrem fideli:
Perdita qui cupiunt reſcire
Hactenus huc veniunt precantes,
Vota ferunt nihil hæſitantes,